Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Officium de corona domini.

Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrantes in honore corone dñi de cuius sollempnitate gaudent angeli et collaudant filiũ dei. ps. Omnes gentes plaudite manib: in uocem exultacõis. Glà patri. Euouae. Orõ.

Deus qui unigenitum filium tuum dñm nrm ihsum xpm preciosoque sanguine humanũ genus redimere dignatus es. concede ppicius: ut qui ad adorandã eius coronã aduenimus: a pcatorum suorum neribus liberemur. P eum.

Lectio libri Sapientie.

Lectulum salomõis lx fortes ambiunt ex fortissimis israel. Omnes tenentes gladios. et ad bella doctissimi. Unicuiusq: ensis sup femur suum. pter timores nocturnos.

ferculum fecit sibi rex salomon de lignis libani. Columpnas eius fecit argenteas. reclinatorium aureum ascensum purpureum media caritate cõstrauit pter filias hrlm. Egredimini filie syon. et videte regem salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. in die desponsacionis eius. Et in die letitie cordis illius.

Quam pulchra es amica mea. quam pulchra es et decora oculi tui columbarum absq: eo qd intrinsecus latet. Veni de libano sponsa mea. ueni coronaberis.

Corona aurea sup caput eius expressa signo sanctitatis glà honoris et opus fortitudinis. v. Quo preuenisti eũ in bñdictionib: dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide preciosoque. Glà v.

Dulcis syna dulcis xpisti